In Missa Gl. 2. or. S. Vinc. 3. Fer. 4. SS. Mm. Grad. Tract. Sequentia. Cr. Praef. »Et Te in Transfixione«. Ult. Evg. Fer.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. S. Vinc. 3. Fer.

Cras est dies anniversaria Praeconisationis Illusterrissimi ac Reverendissimi Antistitis nostri. In Ecclesia Cathedrali cantatur Missa solemnis de Anniversario Consecrationis Epp. cum Glor. unica Oratione, Cr. Praef. de Cruce.

Qua finita cantatur. „Te Deum“, quo, servato textu Breviarii, completo canitr.

V. Oremus pro Episcopo Nostro Leone.

R. Dominus conservet Eum et vivifiet Eum,
et beatum faciat Eum in terra, et non tradat Eum
in manus inimicorum Ejus.

V. Fiat pax in virtute Tua.

R. Et abundantia in turribus Tuis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus omnium fidelium Pastor et Rector, famulum Tuum Leonem, quem etc. Finita oratione cantatur: Divinum auxilium etc. R. Amen.

Omnes sacerdotes cras sumant collectam in Missa pro Episcopo „Deus omnium fidelium Pastor et Rector“ exorentque divinam clementiam pro Ejus incolumitate, felici ac diurno regimine. Oratio pro Papa hac die omittitur.

R. 15. Sab. **S. Justini Mart.** dx. LL. 1. N. ut 13. hj.
9. L. et com. Fer.

In Miss. Gl. 2. or. Fer. Grad. Tract. Praef. de Cruce. Ult. Evg. Fer. In Martyr. praeponitur: »Dominica Palmarum, quando Dominus...«

In 2. Vesp. com. Dom.

Viol. 16. †† **Dominica Palmarum 1. Cl. De Ea.**
sdx. Off. Dom. Passionis et l. pr.

In Missa (sine Gl.) oratio unica. Omitr. imperata. Passio in Missa solemni cum palma in manu ad cornu Epist. In Missa privata item in Missis cantatis sine S. ministris Passio legitur sine palma ad cornu Evang. sed ante »Altera autem die...« dicitur »Munda cor.« et »Jube Domine« in medio Altaris. In fine osculatur sacerdos librum ad

verba »Altera autem die...« et dicit »Per evangelica« Praef de Cruce. Ult. Ev. in Missa, cui palmarum benedictio praemitr. est S. Joannis; in aliis vero »Cum appropinquasset.«

Ante Missam solemnem post aspersionem benedictio et distributio palmarum, ut in Missali notatur. Dein processio cum cant. Resp. „Cum appropin.“ in reditu ad portam Ecclesiae clausam cantr. „Gloria, laus“, dein porta aperta canitur Resp. „Ingrediente Domino“.

In 2. Vesp. com. S. Aniceti Pp. M. In Compl. Preces. Dom.

„Incipit Hebdomada Sancta“.

Hac et sequenti Hebdomada prohibentur Missae votivae et de Requiem, nisi unica cantata praesente cadavere, quae tamen ultimo triduo maior. hebdomad. et Dominica Paschae non permittitur.

Viol. 17. Fer. 2. **Hebdom. Maj. De Ea.** splx. Invit. et Hymn. ex Pass. reliq. ut in psalt. Fer. 2. et l. pr. Ad Laudes et Horas Ant. pr. Preces Fer. flexis gen. ad omnes Horas. com. S. Aniceti.

Miss. pr. sine Gl. 2. or. S. Aniceti absque Cr. Praef. de Cruce.

Vesp. de Psalm. Fer. 2. et l. p. Preces fer. in Vesp. et Complet.

Viol. 18. Fer. 3. **Hebd. Maj. De Ea.** simpl. Omnia ut heri respect.

In Missa ut heri 2. or. »Ecclesiae«.

Vesp. fer. 3. l. pr. et temp. pass. Preces feriales etiam in Vesp.

Viol. 19. Fer. 4. **Hebdom. Major. De Ea.** simpl. Omn. resp. ut heri.

In Martyrolog. pponit. »Coena Domini, quando Christus«. Sequenti triduo Martyrolog. non legitur.

Hoc triduo in Ecclesiis tam parochialibus quam regularibus unicus tantum sacerdos celebrat, reliqui autem aequae ac Clerici in Coena Domini *SS. Communionem ex praecepto* sumere tenentur. In aliis Ecclesiis neq. Sepulchrum Domini curatur. Off. Te-nebrarum cum triangulo 15. candelarum cerae flavae persolvitur, ut in Breviario loco propr. Hoc triduo sacro transuentes *ante Crucem maioris altaris infra v. extra offm. genuflectant unico genu usque ad Nonam Sabbati inclusive;* excipitur solus celebrans, qui more solito profundam Cruci facit inclinationem etiam Feria sexta, antequam crux detegatur, nisi in altari maiori esset tabernaculum. Item transuentes ante tabernaculum, in quo Sanctissimum Sacramentum est reconditum, licet sit clausum, genuflectunt utroque genu.

A. 20. Fer. 5. **Coena Domini.** Dx. 1. Cl.

Miss. pr. sine psalmo »Judica me«, sine »Gloria« ad Introit. et ad »Lavabo«. Gl. oratio unica Cr. Praef. de Cruce. »Communicantes...« »Hanc igitur« et »Qui pridie...« propria. Ult. Ev. S. Joan. Post Miss. Processio ad Sacellum.

Vesper. et Compl. ut in Breviario l. pr. indicatr.
Altare maius ornatur apparatu albo, candelae e cera alba; Crux altaris, in quo Miss. celebratur velo albo operiatur; Crux vero procession. et alior. altar. retinet velum viol.

Missa celebratur unica solemnis, in qua organa pulsantur ad Introit. et Gl. praeterea dum cantatur *„Gloria in excelsis“*, sonant omnes campanae Ecclesiae, et abhinc silent usque ad Gl. Mis. Sab. tam campanae, quam organa. In missa hac tres consecrantur hostiae: una pro Celebrante hodie; 2. pro Liturgia crastina; 3. pro expositione in Sepulchro, *Pax*

non datur. Sumpto e Celebrante pretiosissimo Sanguine, affertur ad credentiam Calix, in quem impununtur duae consecratae hostiae. *Calix hic tegitur palla, dein patena superinversa, tandem velo.* Celebrans ad finem Missae procedit, ut coram Sanctissimo exposito.

Missa finita Celebrans descendit in planum, deponit casulam et manipulum et induit pluviale albi coloris, incensat Sanctissimum et cooperto calice intonatoque: „*Pange lingua*“ incipit solemnis processio ad sacellum, ubi nulla facta benedictione Sanctissimum reponitur in altari. incensat. et clauditur. Versus Hymni: „*Tantum ergo*“ cantatur in sacello, flexis genibus. Deinde ad idem sacellum transfertur pyxis, duobus cum cereis antecedentibus et ostium tabernaculi in *altari maiori relinquitur apertum atque extinguitur lampas.*

Post. Vesp. fit. *denudatio* et *ablutio* altarium sub recitatione psalmi 21. (vide in offo Feriali pro Feria 6). Celebrans et ministri sacri mament induti albis ttm., super quas Celebrans et Diac. stolam assumunt et quidem violaceam.

Niger. 21. Fer. 6. **Parasceve.** Dx. 1. Cl. Off. pr. ut heri per omnes Horas.

Crux altaris maioris retinet velum *violaceum*. Altare maius *una mappa* tegitur. Candelae altaris ex *cera flava*.

Ad adorationem Crucis celebrans facta genuflexione in medio altaris, descendit ac credentiam, ubi deposita casula, accedit ad altare et sistit se in plano a parte Epistolae; Diaconus accipit Crucem velo *violaceo* coopertam eamque porrigit celebranti, qui accedit an angulum posteriorem cornus Epist. ubi facie versa ad populum dextera manu de legit *summitatem Crucis* usque ad transversum illius exclusive et Crucem ambabus manibus aliquantulum elevans gravi voce cantat: *Ecce lignum crucis;* assistentes eadem voce: *In quo salus mundi,* prosequuntur et genuflec-

tentibus omnibus praeter Celebrantem subiungunt *Venite adoremus.* Secundo in anteriori parte ad cornu Epist. discooperiens brachium dextrum Crucis et *caput Crucifixi* et magis elevans Crucem et vocem cantat: *Ecce lignum Crucis*, ad quod ut supra assistentes respondent. Celebrans tandem in medio altaris totam discooperiens Crucem et altius manum et vocem elevans dicit. tertio: *Ecce lignum Crucis.* Assistantes tertio prosequuntur. Cruce a celebrante denudata, omnes Cruces per Ecclesiam a sacrista v. aliis denudantur, si commode fieri potest, alias post officium. In adoratione Crucis post *trinam* genuflexionem osculandi sunt *pedes Crucifixi*, ad quod grato animo dici vel mente revolvi potest: „Adoramus Te Christe et benedicimus Tibi, quia per S. Crucem Tuam redemisti mundum“. In regresu *non ter*, sed tantum *semel* genuflectitur. Finita adoratione Crucis reliqua peraguntur iuxta Missale Romanum. Finita Missa Praesanctificatorum instituitur solemnis processio cum SSmo in Monstratorio, velo albo obducto sub cantu „Recessit Pastor noster“ ad sic dictum Sepulchrum et quidem in pluviali nigro. Deposito SSmo recitantur Vesperae.

A. 22. Sabbatum Sanctum. Dx. 1. Cl. Off. pr. Altare majus albo apparatu ornatur. Benedictio ignis, lectio prophetiarum, benedictio aquae fit in col. viol. Cantus vero praeconii et Miss. in col. albo. Aqua benedicitur in iis Eccl. ubi adest fons baptismi. Omnia juxta Missale Romanum.

Finito Praeconio Celebrans (vel diac. si adsit.) exuit paramenta alba et induit manipulum, stolam et planetam *violaceam*, ascendit ad altare, quod in medio osculatur, confert se ad cornu Epist. et legit prophetias atq. orationes cum iisdem caeremoniis ad: *Oremus et Flectamus* genua, ut heri: candelae altaris non accenduntur, nisi in Missa.

Benedictio fontis. Finita ultima oratione Celebrans facta Crucis reverentia in parte Epist. ad credentiam deponit casulam et manipulum, accipit pluviale *violaceum* et inchoato Tractu: *Sicut cervus...* facta reverentia altari, vadit processionaliter ad fontem, ubi omnia iuxta Missale fiunt. Finita fontis benedictione canuntur *Litaniae et Processio dirigitur ad altare*. Celebrans cum ministris sacris facta altari reverentia accedunt ad credentiam et depositis paramentis, in albis tantum et stolis revertuntur et in plano ante altare procumbunt usque ad verba: *Pecatores...* ad quae surgunt, redeunt ad sacristiam et induuntur paramentis albis pro Missa solemni.

Ad exitum Celebrantis e sacrista, datur signum crotallo. Missa pr. Haec tamen in ea specialia occurruunt: 1. dicitur psalm. *Judica me...* sed *non* dicitur Introitus. 2. ad Gl. pulsantur organa et omnes campanae Ecclesiae, quae tamen juxta Rit. prov. Petricov. adhuc *silent* usque ad initium Resurrectionis, propterea ministrantes intra Missam hanc utuntur crotallo. 3. *Oratio unica* pt. Epist. cantatur *ter Alleluja* et psalm. „*Confitemini*“, 4. ad Evang. *non* deferuntur lumenaria (si adsint ministri sacri). 5. *non dicitur Cr. nec Offert.* 6. Praef. *In hac potissimum nocte...* *Communicantes et Hanc igitur* pr. 7. Non dicitur Agnus Dei et *non datur Pax* sed dicuntur Vesperae et ad Magnf. Altare thurifictr. 9. Repetita Antiph. „*Vespere*“ prosequitur Missa. Ad „*Ite Missa est*“ et „*Deo gratias*“ adduntur duo Alleluja, quod deinceps observatur in omnibus Miss. item in Laud. et Vesperis pt. „*Benedicamus Dno*“ ad Sabb. in Albis inclus.

Sabbato Sancto *infra Missam* fidelibus possentibus licet sacram communionem distribuere et per eandem adimpletur praeceptum Communionis paschalis ubi *talis consuetudo* viget. (S. R. C. 23. Sept. 1837). Post. Miss. extinguitur Cereus Paschalis, qui dein regulariter accenditur ad Missas et Vesperas solemnes.

Resurrectio. Hodie vespere v. cras in aurora celebratur caeremonia Resurrectionis juxta Rit. provin.

Celebrans amictu, alba, cingulo et stola et pluviali albi color. de splendissimis indutus, accedit ad Sepulchrum et genuflexus profunda inclinatione, adorat Sanctissimum. Deinde post brev. orat. intonat Antiph. *Gloria Tibi Trinitas* cum duobus psalm. quibus finitis repetitur Antiph. Cantatr. deind. *Kyrie eleison*, Pater, Ave, Vers. et orat. ponit. incens. in thur. absq. benedictione accipit Aspergilum et aspergit atq. thurificat *Sepulchrum*. Deinde porrigit. ministrantibus 1) *Crucem* et 2) *Figuram Resurrectionis*. Post haec Celebrans genuflexus incensat Sanctissimum, interea sonant tympana, tubae, organa, campanulae in Ecclesia et campanae in turri. Celebrans conversus ad populum cum ostensorio intonat Resp. *Cum Rex gloriae*, et finito Resp. cantatr. *Wesoły nam dziś dzień nastął...* et incipit Processio, *cum trino gyro circa Ecclesiam*, qua finita celebrans accipit Crucem et flectens in infimo gradu altaris *facie Crucifixi versa ad populum* ter eandem altius atq. altius attolendo et quilibet vice vocem elevando cantat: „*Surrexit*“. Reddit dein Crucem, quae locatur penes altare ad cornu Epist. et figuram Resurrectionis ad cornu Evang. Celebrans stans in plano cant. Vers. cum Orat. ex Rit. vel. Canc. et incipit et Breviario Solemne Matut. in quo post „*Te Deum*“ dic. orat. fest. et cant: „*Benedicamus Dno, Alleluja, Alleluja*“; terminatur Resurrectio. Antiph. „*Regina coeli*“ in eo solum, casu omittitur, quando Missa immediate subsequitur. (i. e. ubi Resurrectio celebratur „mane“, ipsa Dominica Resurr.).

A. 23. †† **Dominica Resurrectionis D. N. J. Chr.**
Dx. 1. Cl. cum Oct. Off. pr. Martyrologio pponit.
»Haec dies, quam fecit Dominus«.

Miss. pr. Gl. or. un. Sequentia. Cr. Praef. Paschal. (»sed in hac potissim. die«) »Communicant.« et »Hanc igitur« pr. ad Sab. inclus. Ad »Ite Missa est« et ad »Deo gratias« in Laud. et Vesp. us-

que ad Vesp. seq. Sabb. exclus. duplex additur
Alleluja.

In Vesp. 5. psalm. *In exitu Israël* p. t. Oct.

Ad aspers. dieb. Dominicis toto tempore Pasch. cant. Antiph. „*Vida aquam*“ cum Vers. et or. pr. Ad Process. haec notanda veniunt. Tota tempr. pasch. usque ad Ascens. Dni in omnibus Procession. deferuntur: Figura Resurrectionis ad dextr. et Crux a sinistr. Diebus Dnicis, nisi contingat processionem peragere cum SSmo cantatur Resp. „*Cum Rex Glorie*“, stando; ad verba: „*Advenisti...*“ facta reverentia altari procedunt omnes. Finito Resp. incip. Hymn. „*Salve festa dies*“... et dum cantr. qualibet stroph. paulisper subsistitur et processio procedit ad cant. „*Przez Twoje święte Zmartwychwstanie...*“ quod alternativum cum dicto Hymno cantatur.

Horae minor. dicuntur, ut in Brev. loco propr. indicatur. Cras indicatur Processio fer. 3. hj. hebd. celebranda, licet festum S. Marii transferatur.

A. 24. †† Fer. 2. **Paschae** dx. 1. Cl. Offm. et Miss. propr.

Cras Litaniae Majores i. e. Processio cum Lit. OO. SS. et Suffragiis SS. Patronor. Regni; cui, qui non intersint, tenentur post Laudes recitare *flexis genibus Lit. OO. SS. cum Psm. Vers. et or. ex Breviariorum*.—Celebrans induitur amictu, alba, cingulo stola et pluviali violaceis.

In hisce Litan. pt. Vers. *A fulgure* addantur: „*A flagello terrae motas*“ et „*A peste, fame et bello*“.

Obligatio recitandi hac die Litanias *gravis* est, nec pridie eidem satisfieri potest.

Quoad Missam haec observanda:

- a) *Ubi processio peragitur* si unus sit sacerdos, celebranda est Missa Rogat. ex Fer. 2. pt. Dom. V. pt. Pascha in col. viol. sine Gl absque Cr. 2. or. Oct. 3. „*Concede*“. B. M. V. Praef. Pasch. „*Communicantes*.“

et Hanc igitur^a Oct. in fine „*Benedicamus Dno*“ sine duplice Alleluja.

- b) *Ubi processio non peragitur*.—Miss. *principalis* celebra est de Oct. cum com. Rogat. — *aliae vero sine commemoror*. In diebus Rogationum est com. Rogat. in qualibet Missa.
- c) In Ecclesia Cathedrali pt. Tertiam celebranda est Missa de Octava sine com. Rogat. pt. Non. vero de Rogat. sine Gl. absque Cr. 2. or. „*Concede*“ 3. „*Ecclesiae*“ „*Communicantes*“ „Hanc igitur.“ Oct. Praef. Pasch. in fine „*Benedicamus Dno*“. absq. Alleluja.
- d) Ubi duo saltem sint sacerdotes et processio peragitur, ante eandem cantari potest Missa de festo, post processionem vero vel infra process. de Rogat. modo ad c) indicato.
- e) Cereus pasch. non est accendn. in Miss. Rogat., sed in Miss. de Oct.

A. 25. † Fer. 3. **Paschae** sdx. 1. Cl. Off. et Miss. ut heri resp.

In Vesp. com. S. Cleti et Marcellini Pp. Mm.

A. 26. Fer. 4. **De Oct. Paschae** sdx. Off. ut in festo et l. pr. In Laud. com. (sine LL.) SS. Pp. Mm.

In Miss. Gl. 2. or. SS. Pp. Mm. Sequentia. Cr. Praef. »*Communicantes*« et »*Hanc igitur*« Octavae. Vesp. ut in festo et l. pr. 1. com. S. Georgii M. P. R. P. (e 27. hj.) 2. SS. Cleti et Marcellini Pp. Mm.

A. 27. Fer. 5. **De Oct. Pasch.** sdx. Off. ut heri cum com. S. Georgii M. Pr. R. P. (sine LL.)

In Missa, ut heri 2. or. S. Georgii M.

Vesp. Festi 1. com. S. Pauli a Cruce, 2. S. Georgii. 3. S. Vitalis M.

A. 28. Fer. 6. **De Oct. Pasch.** sdx. Off. ut in festo et l. pr. 1. com. S. Pauli a Cruce, 3. S. Vitalis M.

In Missa Gl. 2. or. S. Pauli a Cruce. 3. S. Vitalis.

Sequentia Cr. Praef. »Commun.« et »Hanc igitur« Octavae.

Vesp. 2. Festi et l. pr. 1. com. S. Petri M. 2. S. Pauli C.

A. 29. Sab. in Albis. **De Oct. Pasch,** sdx. Off. ut in Festo et l. pr. com. S. Petri.

In Missa Gl. 2. or. S. Petri. Sequentia. Cr. Reliqua ut in Festo.

Vesp. de Psalt. Sab. ritu dupl. a Cap. de Dom. com. S. Petri.—Hymni ejusd. metri term.: »Deo Patri... et Filio, qui a mortuis surrexit.« usq. ad Ascen. Dni.

A. 30. †† **Dominica in Albis et l. pt. Pasch. 1.**

Cl. De Ea. Off. ut in Psalt. Dom. temp. Pasch. et l. pr. ritu dupli. Ad Prim. 3. psalmi cum Symbolo. In Resp. br. »Qui surrexisti a mortuis« (nisi aliter notetur) usq. ad Ascens. Dni Lect br. »Si consurrexistis«

In Miss. Gl. Cr. Praef. Pasch.

Vesp. de seq. com. praec.

Cras mane aperiuntur solemnes Nuptiae. Pro festis toto temp. paschal. haec notanda:

1. In Matutino dicuntur tres psalm. cuiuslibet Noct. sub una eaque I. Ant., item post. Invit. Vers. (exceptis Precibus primae et Compl.) pt. Resp. Nocturnor. additur unum Alleluja „*ubi non est;*“ in Resp. vero Horarum minor. et Compl. duo Alleluja, attamen pt. Vers. in Responsoriis Nocturn. non additur Alleluja.

2. Hymni terminr.: *Deo Patri sit gloria et Filio, qui a mortuis...* nisi alterius sint metri vel propr. habeant conclusionem.

3. In fest sdpl. (nisi infra aliquam Oct. occur.) loco *Suffrg.* in Laud. et Vesp. dic. ttm. com. de Cruce usq. Ascens. Dni.

4. V. in Resp. br. ad Prim., nisi sit Vers. propr. dicitr. ad Ascens. Dni *Qui surrexisti a mortuis.* Missas vero, quod attinet:

- a) Missae SS. Apost. Evangelist. et MM. sunt propr. tempr. pasch. in Communi.
 - b) In Miss. festiv. et votiv. in Introit ante psalm. adduntur duo Alleluja; in fine vero Offert. et Commun. unum Alleluja; si non habeant. Post Epist. non dicitur Graduale sed duo Alleluja et Vers.
 - c) Missae festor. translat. si sint SS. Apostlr. v. Martyr. sumuntr. de Com. pro temp. Paschl.; aliae sumendae sunt prout dantur v. indicantur in Communi, sed ritu paschal.
 - d) Oratio „Concede“, quae hoc tempore paschali in Directorio a Rubricis sumenda 2. loco praescribitur, non est ista, quae inter orationes diversas primo loco ponitur, sed ista; quae post Dominicam in Albis in Missali aut in Miss. votiv. de B. B. V. tempr. convenienti reperitur.
 - e) In fest. sdplib. 3. orat. „Ecclesiae“ (contra persecutores). nisi plures facienda sint commemorationes, quo in casu omitr. „Ecclesiae“.
 - f) Praef. in omnibus missis, quae propr. non habent, dicitr. Pasch. „*sed in hoc potissimum*“ usque ad Ascensionem Dni, excepta Miss. de Requiem, in qua semper dicitur Praef. com.
-

M a j u s

XXXI. DIERUM.

R. 1. Fer. 2. **S. Adalberti Ep. M.** Dx. 1. Cl. cum Oct. integra. (S. R. C. 15. Sept. 1736.) fuit 23. Apr. Off. pr. LL. 1. N. »A Mileto«.

In Missa Gl. Cr. Praef Pasch.

In 2. Vesp. com. seq. tt. Ant. »O Doctor.« (Hymn.
e Laud.).

A. 2. Fer. 3. **S. Athanasii E. C. E. D.** dx. LL. 1. N.
»Inc. lib. Act. Ap.« e fer. 2. praec. 9. L. et 2.
com. S. Sigismundi R. M. P. R. P. 1. com. Oct.
S. Adalb. (Vers. e 1. Vesp.).

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. S. Sigism. Cr. Praef.
Pasch.

Vesp. de seq. (In Hymno »Vexilla Regis« ad stro-
pham »O Crux ave« genufl. in choro) com.
praec. tt.

R. 3. † Fer. 4. **Inventio SS. Crucis.** Dx. 2. Cl. Off.
pr. 9. L. et com. SS. Alexandri et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. (in Missis privatis tt.) SS. Mm.
Cr. Praef. de Cruce. (In Canone Missae ad nom.
S. Alex. cap. incl.).

In 2. Vesp. com. seq.

R. 4. Fer. 5. **S. Floriani M. P. R. P.** dxmj. Off. pr. LL.
1. N. »Fratres, debitores« com. Oct. (Vers. e 1.
Vesp.).

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Pasch.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Oct. (Vers. e 1. Vesp.)

A. 5. Fer. 6. **S. Pii V. P. C.** dx. (v. h. m.) LL. 1. N.
scr. com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Pasch.

Vesp. de seq. 1. com. praec. (Ant. »Dum esset...«)
2. Oct.

R. 6. Sab. **S. Joannis ante port. lat.** dxmj. Off. pr.
LL. 1. N. »Inc. Epla I. B. Joannis« e Dom. infr.
Oct. Ascens. com. Oct. (Vers. e 1. Vesp.)

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Ap. (In canone
ad nom. S. Joannis cap. incl.)

Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. S. Catharinae Sen.
V. (fuit 30. Apr.) 3. Dom. 4. Oct. (Vers. e 1.
Vesp.)

A. 7. †† **Dom 2. pt. Pascha. SS. Sepulchri D. N.**
J. Chr. dxmj. Pr. R. P. 9. L. Dom. 1. com. S. Ca-
tharinae. 2. Dom. 3. Oct.

In Missa Gl. 2. or. S. Cathar. 3. Dom. 4. Oct. Cr.
Praef. Pasch. Ult. Evg. Dom.

Vesp. de seq. com. diei Oct. S. Adalberti (e 1.
Vesp.) Vers. Laud.—ttm.

R. 8. Fer. 2. **S. Stanislai E. M. P. R. P.** Dx. 1. Cl. cum
Oct. Off. pr. com. Oct. S. Adalb. Vers. e 1. Vesp.
In Missa Gl. 2. or. S. Adalb. Cr. Praef. Pasch.
In 2. Vesp. 1. com. seq. Ant. »O Doctor.« 2. Oct.
S. Adalb. Vers. e 1. Vesp.

A. 9. Fer. 3. **S. Gregorii Naz. E. C. E. D.** dx. LL. 1.
N. scr. com. Oct. S. Stan.
In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Pasch.
Vesp. a Cap. de seq. (v. h. m.) 1. com. praec. 2.
Oct. 3. SS. Gordiani et Soc. Mm.

A. 10. Fer. 4. **S. Antonini E. C.** dx. LL. 1. N. scr. 9.
L. et 2. com. SS. Mm. (Vers. e 1. Vesp.) 1. com.
Oct.
In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. SS. Mm. Cr. Praef.
Pasch.
Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Oct.

A. 11. Fer. 5. **Apparitio S. Michaëlis Arch.** dxmj. (fuit
8. hj.) com. Oct.
In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Pasch.
In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Oct.

Cras est dies anniversaria Consecrationis et Inthronisationis Illustrissimi ac Reverendissimi Antistitis nostri. In Ecclesia Cathedrali cantatur Missa solemnis de Anniversario Consecrationis Episcopi cum Gl. or. unica. Cr. Praef. Ap. qua finita cantatur „Te Deum“, dein „Oremus pro Eppo nostro Leone“. Resp. „Dominus conservet...“ et reliqua ut 15. Apr. Quivis Sacerdos sumat cras collectam in Missa pro Eppo ex Anniversario Consecrationis ejusdem, orans pro ejus incolumente, diuturno ac felici regimine. — Oratio pro Papa hodie omittitur.

- R. 12. Fer. 6. **SS. Nerei et Soc. Mm.** sdx. LL. 1. N.
scr. com. Oct. (Vers. e 1. Vesp.)
In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. »Concede« B. M. V. Cr.
Praef. Pasch.
Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Oct. (Vers. e 1.
Vesp.).

- A. 13. Sab. **S. Monicæ Vid.** dx. (fuit 4. hj.) LL. 1. N.
scr. com. Oct.
In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Pasch.
Vesp de seq. 1. com. praec. 2. S. Isidori Agric. (e
15. hj. p. a. l.) 3. Dom. tt.

- A. 14. †† **Dom.** 3. pt. **Pascha. Patrocinium S. Joseph. Sponsi B. M. V.** Dx. 2. Cl. Off. pr. 9.
L. Dom. 1. com. S. Isidori. 2. Dom. 3. S. Bonifacii M.
In Missa Gl. 2. or. S. Isidori. 3. Dom. 4. in Mis-
sis priv. S. Bonif. M. Cr. Praef. Pasch. Ult. Evg. Dom.
In 2. Vesp. 1. com. seq. (e 1. Vesp.) 2. S. Isidori.
3. Dom.

- R. 15. Fer. 2. **Octava S. Stanislai E. M. P. R. P.** dx.
Off. ut in Festo et l. pr. LL. 1. N. »Incip. lib.
Apocal.« e Dom. praec.

- In Missa Gl. Cr. Praef. Pasch.
 Vesp. a Cap. de seq. (p. a. l. 2. loco) com. praec.
-
- R. 16. Fer. 3. **S. Joannis Nepom.** **M.** dx. Off. pr.
 In Missa »Dedit mihi Dominus« Gl. Praef. Pasch.
 Vesp. a Cap. de seq. com. praec.
-
- A 17. Fer. 4. **S. Paschalis Baylon C.** dx. LL. 1. N. scr.
 In Missa Gl. Praef. Pasch.
 Vesp. a Cap. de seq. com. praec.
-
- R. 18. Fer. 5. **S. Erici M. P. R. S.** dx. LL. 1. N. scr.
 In Missa Gl. Praef. Pasch.
 Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. S. Pudentianae V.
-
- A. 19. Fer. 6. **S. Petri Caelestini Pap. C.** dx. LL. 1. N.
 scr. 9. L. et com. S. Pudentianae V.
 In Missa Gl. 2. or. S. Pudent. Praef. Pasch.
 In 2. Vesp. com. seq.
-
- A. 20. Sab. **S. Bernardini Sen. C.** sdx. LL. 1. N. scr.
 com. pasch. de Cruce. In Prima Preces Dom.
 In Missa Gl. 2. or. »Concede« B. M. V. 3. »Ecclesiae.« Praef. Pasch.
 Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Dom.
-
- R. 21. †† **Domin.** 4. pt. **Pascha.** **S. Venantii M.**
 dx. (fuit 18. hij.) LL. 1. N. »Inc. Epla cathol. B.
 Jacobi.« 9. L. et com. Dom.
 In Missa Gl. 2. or. Dom. Cr. Praef. Pasch. Ult.
 Evg. Dom.
 In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Dom.
-
- A. 22. Fer. 2. **S. Ubaldi E. C.** sdx. v. h. m. (fuit 16.
 hij.) LL. 1. N. scr. com. pasch. de Cruce. In Pri-
 ma Preces Dom.

In Missa Gl. 2. or. »Concede« B. M. V. 3. »Ecclesiae« Praef. Pasch.

Vesp. de seq. com. praec.

R. 23. Fer. 3. **S. Andreae Bobola M. P. R. P.** dx. LL.
1. N. scr. 2. N. e 21. Febr. 3. N. de Communi
Mart. t. pasch. 1. loco.

In Missa »Protexisti« Gl. Praef. Pasch.

Vesp. de seq. com. praec. — Hymni term. »Jesu...
qui natus es«.

A. 24. Fer. 4. **B. Mariae sub tit. Auxilium christ.** dxm.
p. a. l. Off. pr. In Resp. br. »Qui natus es«.
In Missa Gl. Cr. Praef. »Et Te in Festivitate«.
In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. S. Urbani Pap. M.

A. 25. Fer. 5. **S. Gregorii VIII. Pap. C.** dx. LL. 1. N.
scr. 9. L. et com. S. Urbani.
In Missa Gl. 2. or. S. Urbani. Praef. Pasch.
Vesp. a Cap. de seq..1. com. praec. 2. S. Eleutherii P. M.

A. 26. Fer. 6. **S. Philippi Nerii C.** dx. 9. L. et com. S.
Eleutherii P. M.
In Missa Gl. 2. or. S. Eleutherii. Praef. Pasch.
Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. S. Joannis Pap. M.
Hymni term. »Jesu... qui natus es«.

A. 27. Sab. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dxmj. p. a.
l. (Dom. pt. Oct. Assumpt.) Off. pr. 9. L. et com.
S. Joannis. In Resp. br. »Qui natus es«.
In Missa »Omnis gloria« Gl. 2. or. S. Joannis. Cr.
Praef. »Et Te in Festivitate«.
In Vesp. 1. com. seq. 2. Dom.

Cras annunt. dies Rogat., abstin. a carnis
et festum Asc. D. N. J. Chr.

- A. 28. †† Dom. 5. pt. **Pascha (Rogationum) S. Augustini E. Cant. C.** v. h. m. dx. LL. 1. N. »Inc. Epla I. B. Petri«. 9. L. et com. Dom.
 In Missa Gl. 2. or. Dom. Cr. Praef. Pasch. Ult. Ev. Dom.
 Vesp. a Cap. de seq. v. h. m. 1. com. praec. 2. Dom.

Sequenti triduo celebrantur Litaniae Minores, i. e. Processio cum Litaniis OO. SS. et Suffr. SS. Patronorum regni, cui, qui non intersunt et ad Horas canonicas obligantur, tenentur, ut dictum est supra, ad 25. Apr. recitare Litan. OO. SS. ex breviaario flex. gen. cum Ps. Vers. et orationibus. Quod Missam attinet, haec observ. resp., quae ibidem dicta sunt.

Fer. 4. Rogat. in Eccl. Cathedr. tres Missae dicuntur, post Tertiam de festo; post Sextam de vigilia in colore albo. Gl. 2. or. „Concede“ B. M. V. 3. „Ecclesiae.“ In fine „Ite. Missa est.“ et pt. Non. de Rogat.

Denique Cereus in Missa Rogat. non est accendend.

-
- A. 29. Fer. 2. Rogat. **S. Clementis Mariae Hofb. C.** dx. (fuit 15. Mart.) LL. 1. N. »Beatus vir.« 9. L. et com. Rogat.
 In Missa Gl. 2. or. Rogat. Praef. Pasch. Ult. Evg. Fer. Rogat.
 In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. S. Felicis P. M.

-
- A. 30. Fer. 3. Rogat. **S. Mariae Magd. de Pazzis V.** sdx. (fuit 27. hij.) LL. 1. N. scr. 9. L. et com. S. Felicis, et pasch. de Cruce. Prec. Dom.
 In Missa Gl. 2. or. Fer. 3. S. Felicis. Praef. Pasch. Vesp. de seq. 1. com. praec. (Ant. Laud.) 2. S. Petronillae V. (Ant. et Vers. 3. Noct.)

- A. 31. Fer. 4. Rogat. Vig. Asc. Dni. **S. Angelae V.**
 dx. LL. 1. N. »De Virginibus«. 9. L. et 1. com.
 Vig. 2. S. Petronillae (Ant. Vers. e 1. Vesp.
 In Missa Gl. 2. or. Vig. 3. S. Petronillae. 4. Fer.
 Rog. Praef. Pasch. Ult. Evg. Vig. — In Martyr.
 praepon. »In monte Oliveti.«
 Vesp. de seq. ttm. Hymni term. »Jesu Tibi... qui
 Victor in caelum redid« usq. Pentec.

Cras ante Missam solemnem peragitur Processio
 sub cantu Resp. „Cum Rex gloriae“. In Hymno „Sal-
 ve festa dies“ cantatur: „Qua Deus coelos ascen-
 dit,“ item „Przez Twoje święte Wniebowstąpienie“
 In reditu fit statio in medio ecclesiae, ubi flexis ge-
 nibus cantatur inchoante Celebrante: „Oramus Domi-
 ne“ etc., quo finito surgunt omnes, et cantando „Przez
 Twoje święte Wniebowstąpienie“ procedunt ad altare.
 Celebrans genuflexus in suppedaneo accipit Crucem et
 Crucifixi imagine versa ad populum, ter eandem al-
 tius attolendo at qualibet vice vocem elevando, cantat:
 „Ascendo....“, choro prosequente „Deum meum.....“
 Reddit deinde Crucem, quae in loco suo ponitur et
 finito Sacro una cum Cereo paschali, qui statim post
 Evg. Missae exstinguitur et Figura Resurrectionis ab
 Altari amoventur. Celebrans vero, reddita Cruce, de-
 scendit in planum et stans cantat Vers. et orat. e
 Cantionali.

J u n i u s

XXX. DIERUM.

- A. 1. †† Fer. 5. **Ascensio D. N. J. Chr.** Dx. 1. Cl.
 cum Oct. Off. pr. Ad Prim. in Resp. br. »Qui
 scandis super sidera« usq. ad Pentec.

In Missa Gl. Cr. Praef. et »Communic.« pr.

In 2. Vesp. com. seq.—Cras incipit. devotio novem-dialis ad Spir. S.

A. 2. Fer. 6. **S. Joannis Bapt. de la Salle C.** dx. (fuit 15. Maji) v. h. m. LL. 1. N. »Inc. Epla II. B. Petri.« 1. com. Oct. As. 9. L. et 2. com. SS. Marcellini et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. SS. Mm. Cr. Praef. et »Commun.« Oct.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Oct.

R. 3. Sab. **S. Erasmi E. M. P. R. P.** dx. LL. 1. N. scr. com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. et »Commun.« Asc.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Dom. 3. Oct.
Cras annuntianda Vigil. cum jej. et Solemnitas Pentecostes.

A. 4. †† **Domin. infr. Oct. Ascens. Dni. S. Francisci Carac.** dx. LL. 1. N. »Inc. Epla 1. B. Joannis. 9. L. et 1. com. Dom. 2. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. Oct. Cr. Praef. et »Communic.« Oct. Ult. Evg. Dom.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Dom. 3. Oct.

R. 5. Fer. 2. **S. Bonifacii E. M.** dx. LL. 1. N. scr. com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. et »Commun.« Oct.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Oct.

A. 6. Fer. 3. **S. Norberti E. C.** dx. LL. 1. N. »Inc. Epla II. B. Joannis« e Fer. 4. seq. com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. et »Communic.«
Oct.

Vesp. de seq. com. praec.

R. 7. Fer 4. **S. Marci Evg.** Dx. 2. Cl. (fuit 25. Apr.)
Off. pr.

In Missa Gl. Cr. Praef. Ap. »Communic.« Oct.

In 2. Vesp. com. seq. e 1. Vesp.

A. 8. Fer. 5. **Octava Ascens. D. N. J. Chr.** dx. Off. ut
in Festo et l. pr.

In Missa Gl. Cr. Praef. et »Communic.« Oct.

Vesp. de seq. com. praec.

R. 9. Fer. 6. **SS. Philippi et Jacobi Ap.** Dx. 2. Cl. (fuit
1. Maji) LL. 1. N. »Inc. Epla B. Jacobi.« (e Dom.
4. pt. Pascha) 9. L. et com. SS. Primi et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. SS. Mm. in priv. Miss. Cr. Praef.
Ap. (In can. cap. incl. ad nom. S. Ap.)

In 2. Vesp. 1. com. S. Margaritae 2. Fer. (Ant. Vers.
et oratio Dom. praec.).

R. 10. Sab. **Vigilia Pentecostes** (cum jej.) **D e Ea.** sdx.
Off. ut Dom. infr. Oct. Asc. et l. pr. LL. 1. N.
1. »Inc. Epla 3. B. Joan.« 2. et 3. »Inc. Epla B.
Judae« 9. L. et com. S. Margaritae. Ad Prim. 3.
Psalmi sine Precibus. Resp. br. »Qui scandis«.
Ant. Capit. Dom. praec.—In Martyrl. »Dies Pen-
tecostes«.

In Missa Gl. or. unica (omittr. etiam imperata) Praef.
»Communic.« et »Hanc igitur« propr.

Vesp. de seq. tt.

Hodie et per tot. Oct. prohib. Miss. votiv. et
Defunct. excepta una solemni praesente corpore, quae
tamen cras prohibetur.

Hodie finita Nona Celebrans paramentis violaceis indutus (manipulo et planeta) accedit ad altare ut Sab. S. et legit prophetias. Candelae altaris non accenduntur. Deinde procedit ad benedictionem fontis; qua benedictione finita, cantantur Litan. OO. SS. Celebrans prosternitur cum iisdem Caeremoniis, ut Sab. S. Ubi vero non est fons, finita 6. prophetia cum sua orat., Celebrans deponit casulam ad credent. et reversus ad altare prosternitur.

Cereus paschalis accenditur solum ad benedictionem fontis (ubi fit.), non vero ad Missam. Missae omnes in col. rubr. Miss. solemnis sine Introitu, ad Evang. non deferuntur luminaria, sed tntm. incensum (ubi adsunt sacri ministri).

A primis Vesp. fest. cantatur Hymnus „Veni Creator“ ad *Vesp.* et ad *Tertiam*, cuius prima stropha cantatur vel recitat *flexis genibus*. Omnes Hymn. terminantr: „Deo Patri sit gloria, et Filio, qui a mortuis“. Resp. br. ad Prim. „Qni sedes ad dextr.“ et quidem per tot. Oct.

R. 11. †† **Dominica Pentecostes.** Dx. 1. Cl. com.
Oct. Off. pr.

In Miss. Gl. or. unic. Sequentia, Cr Praef. »Com-munic.« et »Hanc igitur« propr.

In 2. Vesp. ult. Ps. »In exitu Israel.« per tot. Octav.

Hodie ante Miss. Solemn. finita aspersione peragitur processio sub cantu Resp. „Cum Rex gloriae“. In Hymn. „Salve festa dies“ mutatur: „Qua Deus Spiritum Sanctum misit... item „*Przez Twoje święte Ducha zesłanie...*“ — In reditu fit statio in medio Ecclesiae, ubi flexis genibus Celebrans inchoat primum Versum cuiuslibet ex tribus strophis hymn. „Veni Creator...“ choro ulterius prosequente, deinde stando cantat Vers. et or. ex Rit. vel Cantionali. Continuantur Processio sub cantu: „*Przez Twoje święte Ducha Zesłanie...*“ quo finito Celebrans genuflexus ante altare ter intonat vocem elevando: „*Accipite*“ choro ulterius prosequente.

Cras moneantur fideles de jejun. Quatuor Temporum Fer. 4. 6. Sab. seq. observando.

R. 12. †† Fer. 2. **Pentecost.** Dx. 1. Cl. Off. et Miss. ut heri et loco propr.

R. 13. † Fer. 3. **Pentecost.** Dx. 1. Cl. Omnia ut heri et loco propr.

Vesp. Festi.

R. 14. Fer. 4. **Quatuor Temporum** (jejun.) **De Octava Pentecost.** sdx. Off. ut in festo et loco pr.

Miss. propr. Recitato »Kyrie« in medio altaris, Sacerdos revertitur ad cornu Epistolae et dicit or. et Epist. Dein more solito in medio altaris Gl. 2. or. »Ecclesiae«. item imperata pro Papa. Cr. et reliqua ut in festo.

Vesp. festi 1. com. S. Joannis a Facundo C. (fuit 12. hij.) 2. SS. Viti et Soc. Mm.

R. 15. Fer. 5. **De Oct. Pentecost.** sdx. In Off. et Miss. 1. com. S. Joannis 2. SS. Mm. Reliqua ut in festo et loco pr.

Vesp. festi, 1. com. S. Bennonis E. C. Pr. R. P. 2. S. Joannis a Fac.

R. 16. Fer. 6. **Quatuor Temporum** (jejun.) **De Octava Pentecost.** sdx. Off. ut in festo ac loco pr. com. S. Bennonis E. C. Pr. R. P. absq. LL.

Miss. pr. Gl. 2. or. S. Bennonis. Cr. et reliqua ut in Festo.

Vesp. Festi com. S. Bennonis.

R. 17. Sab. **Quatuor Temporum** (jejunium) **De Oct. Pent.** sdx. Off. ut in festo ac loco pr. In Martyrologio prponit. »Festum Sacratissimae ac Individuae Trinitatis«.

In Miss. propr. recitato »Kyrie« in medio altaris, Sacerdos revertitur ad cornu Epistolae et dicit quinque Orationes et Lectiones, post quas (excepta quinta) respondeatur: »Deo Gratias«. Postea more solito in medio altaris dicit. Gl., quo dicto prosequitur Miss. more solito. Dicitur nempe »Dnus Vobiscum«—proceditur ad cornu Epistolae, ubi Oremus cum 1. or. propr. 2. »Ecclesiae« dein Gl. et reliqua, ut in festo.

Vesp. de seq. com. Dom. 1. pt. Pentec.

Ab hinc usque ad Septuages. offm. persolvitur more scilicet, ut in Breviario, parte communi extra tempus paschale. *Alleluja* non additur, nisi sit propr. aut specialiter praescribitur. Reassumuntur *Suffrag.* SS. ubi fieri debent. — In Mis. pt. Epist reassumuntur Graduale; Praef. nisi sit ppr. semper dicitur Communis et diebus Dnicis de SS. Trinit. Post Complet. hodie et usque ad Sab. ante Dom. 1. Advent. dietr. Ant. „*Salve*“, Sab. a 1. Vesp. incl. et Dominicis ad Compl. incl. stando, reliquis vero dieb. flexis genib. Cras moneantur fideles de Solemnitate SS. Corporis D. N. I. Chr. Fer. 5. seq. Cras celebranda est Summa Miss. cum expositione Sanctissimi Sacramenti in Monstratorio, post quam solemnis Processio et in fine Processionis „*Te Deum*“.

A. 18. †† **Dominica 1. post Pentecosten. Sacra-tissimae Trinitatis.** Dx. 2. Cl. 9. L. et 1. com. Dom. 2. SS. Marci et Marcelliani Mm. Ad Prim. tres Psalmi cum Symb.

In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. in Missis priv. SS. Mm. Cr. Praef. Trinit. Ult. Evg. Dom.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. SS. Gervasii et Protasii.

A. 19. Fer. 2. **S. Julianae de Falcon.** V. dx. LL. 1. N. »Inc. lib. 1. Reg.« 9. L. et com. SS. Gervasii et Protasii.

In Missa Gl. 2. or. SS. Mm. Praef. com.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. S. Silverii P. M.

R. 20. Fer. 3. **S. Bonifacii E. M.** dx. (fuit 19. hj.) e Pr.
R. P. LL. 1. N. scr. 9. L. et com. S. Silverii.

In Missa Gl. 2. or. S. M. Praef. com.

Vesp. a Cap. de seq. com. praec.

A. 21. Fer. 4. **S. Alojsii Gonz. C.** dx. LL. 1. N. scr.

In Missa Gl. Praef. com.

Vesp. de seq. ttm.—Hymni term. »Jesu... qui natus
es«. per tot. Octav.

Prohibentur mis. votiv. priv. et defunctor. p.
tot. Oct. excepta una praes. corpore, sed cras nec
illa permittitur.

Ex Rituali provinciali Petricoviensi circa so-
lemnitatem SS. Corporis D. N. J. Ch. haec servanda:

1) Ubi plures habentur Ecclesiae, omnes etiam *Regulares Clerici*, absolutis in Ecclesiis suis Missis et processionibus, atque Eucharistia ex altari deposita et asservata, *ad Cathedram* alias ad parochiale Eccles. ad deducendum inde per plateas atque ad reducendum iterum SS. Sacramentum processionaliter cum vexillis et crucibus, Clerici minores superpelliceis, Subdiac. et Diacon. dalmaticis, Presbyteri vero casulis induiti... hora a Praelato primariae Eccl. illis assignata convenient, ubi etiam confraternitates sae-
cularium et societas opificum... cum cereis tempes-
tive adsint.

2) Egrediente e dicta Ecclesia processione et ad illam revertente, omnes ejus campanae pulsentur; reliquarum autem ecclesiarum, tunc, cum per vicina illis loca processio transibit.

3) In Mis. Solemni, dicta Prosa seu Sequent. *Lauda Sion*, celebrans cum debitissimo genuflexionibus deponit Ostensorium cum Sanctissimo, et de more in-
censatum, assumpto *Velo humerali albo* accipit at-

que conversus ad populum inchoat: *Ecce panis... In figuris... et Bone pastor.* Dum chorus cantat: *Jesu nostri miserere...* facit consuetam benedictionem in forma crucis *una vice* Deinde, deponit Sacramentum in altari et incensatum ponit in throno et prosequitur Missam.—Idem servat etiam per Oct., quoties Prosa dicenda occurrit.

4) Post Mis. incip. Processio Solemnis cum 4. stationibus, in quibus cantantur 4 initia Evangelii. Omnibus ut supra paratis, officians deponit *casulam et manipulum* et accipit pluviale. Incensato Sanctissimo, accipit Ostensorium et primo, cantat R. *Homo quidam* dein: „*Twoja cześć chwala*“. Quum pervenit ad altare stationis, celebrans deponit Sanctissimum et incensat, interea Sacerdos cantaturus Evangelium accipit manipulum, et dicto: *Munda cor petit benedictionem.* Regulariter si adsint sacri ministri, peraguntur omnia ut in Evangelio Mis. Solemn. Incensatur liber Evangelii *absque* genuflexione, finito vero Evangelio, incensatur Celebrans cum debitibus *genuflexionibus*, ad Sanctissimum. Simili modo fit in reliquis tribus stationibus. A primo altari cant. R. *Immolabit et Chwalmy ten nieskończony...*“ A secundo: R. *Respexit et Niebo, ziemia, świat i morze...*“ A tertio: R. *Misit me et Każda żyjąca dusza....*“ Finito vero 4. Evangelio, cantatur flex. gen. Ant „*O Sacrum*“, cum V. et or. Processio dirigitur ad Eccles. sub cantu R. „*Melchisedec*“ in quo ad verba: *O Jesu pie* sistitur et datur benedictio cum Sanctissimo *anteecedentibus*, dein ad verba: *O Jesu Pater* populo subseq. (*non in quatuor partes uti saepe fit per abusum*). In accessu ad Ecclesiam „*Te Deum*“ cum trino „*Salvum fac*“ et Benedictione consueta.

-
- A. 22. †† Fer. 5. **Solemnitas Corporis Christi.** Dx.
1. Cl. cum Oct. Off. propri. Ad Prim. in Resp.
br. Vers. »Qui natus es« per tot. Oct.

In Missa Gl. Sequentia Cr. Praef. Nativ. (per tot. Oct.).
Vesp. Festi.

- A. 23. Fer. 6. (Vigil. S. Joan. Bapt.) **De Octava Corporis Chr.** sdx. Off. ut in Festo et l. pr. 9. L. et com. Vig.

In Missa Gl. 2. or. Vig. 3. »Concede« B. M. V. Sequentia. Cr. Praef. Nativ. Dni. Ult. Evg. Vig.— In Eccl. Cathedr. duae Missae (Rubr. Missalis. tit. III. n. 2.) Una de Oct. Corp. Chr. post Tertiam in colore albo, Gl. 2. or. »Concede« B. M. V. 3. »Ecclesiae,« Sequentia, Cr. Praef. Nativ., alia de Vig. in col. viol. absq. Gl. et sine Cr. 2. or. »Concede.« 3. »Ecclesiae« Praef. com. Ult. Evg. in utrq. Missa S. Joannis).

Vesp. de seq. com. Oct.

- A. 24. † Sab. **Nativitas S. Joannis Bapt.** Dx. 1. Cl. cum Oct. Off. pr. com. Oct. Corp. Chr. (In Can. ad nom. S. Joan. cap. incl. per t. Oct.).

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Nativ. Dni.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Dom. 3. Oct. Corp. Chr.
Cras indic. Vigilia cum jejun. ac subsequens Festum SS. Ap. Petri et Pauli atque devotio pro anima Imperatoris Ferdinandi I. Offa publica invitanda pro Sab. futuro, in quod ob Oct. privil. devotio funebralis transfertur.

- A. 25. †† **Dom. 2. pt. Pent. et infra Oct. Corp. Chr. S. Guilielmi Ab.** dx. LL. 1. N. scr. 9. L. et 1. com. Dom. 2. Corp. Chr. 3. Oct. S. Joan.

In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. et 4. Octavar. Cr. Praef. Nativ. Ult. Evg. Dom.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Dom. 3. et 4. Octavar.

R. 26. Fer. 2. **SS. Joannis et Pauli Mm.** dx. Off. pr. com. Octavarum.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Corp. Chr. 3. Oct. S. Joan. Cr. Praef. Nativ. (In Canone Missae ad nom. SS. Joannis et Pauli cap. incl.).

In 2. Vesp. 1. et 2. com. Octavar.

A. 27. Fer. 3. **De Oct. Corp. Chr.** sdx. Off. ut in Festo et l. pr. com. Oct. S. Joan.

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. »Concede« B. V. M. Sequentia. Cr. Praef. Nat.

In 2. Vesp. 1. com. S. Leonis P. C. 2. Oct. S. Joan.

A. 28. Fer. 4. Vig. cum jej. **De Octava Corp. Chr.** sdx. Off. ut in Festo et l. pr. 9. L. Vig. 1. com. S. Leonis 2. S. Joannis. 3. Vig.

in Missa Gl. 2. or. S. Leonis. 3. S. Joan. 4. Vigiliae. Sequentia. Cr. Praef. Nativ. Ult. Evg. Vig. (In Canone Missae hodie et per tot. Oct. ad nom. SS. Ap. Petri et Panli cap. incl).— In Eccl. Cathedr. duae Missae prout die 23. hj. notatur, sed in Missa de Corp. Chr. 2. or. S. Leonis. 3. S. Joannis Bapt.

Vesp. de seq. 1. com. OO. SS. Ap. cum orat. »Exaudi.« e Pr. R. P. 2. Oct. Corp. Chr. e 1. Vesp.—ttm.

R. 29. †† Fer. 5. **SS. Petri et Pauli Ap.** Dx. 1. Cl. cum Oct. Off. pr. 1. com. SS. Apost. OO. 2. de die Oct. Corp. Chr.

In Missa Gl. 2. OO. SS. Apost. 3. Oct. Corp. Chr. Cr. Praef. Ap.

In 2. Vesp. com. diei Oct. Corp. Chr. tt.

A. 30. Fer. 6. **SS. Cordis Jesu.** Dx. 1. Cl. Off. pr. In Resp. br. »Qui passus es«.

In Missa Gl. Cr. Praef. de Cruce. (In Missa coram Smo. licet cantata, non sumitur com. de Smo).

In 2. Vesp. com. seq. diei Oct. S. Joan. (e 1. Vesp.) tt.

Cras est celebranda dies anniversaria mortis p. m. Imperatoris Ferdinandi I. Omnes Ecclesiarum Rectores Missam de Anniversario et conductum maiorem absolvere tenentur.

J u l i u s

XXXI DIERUM.

A. 1. Sab. **Octava S. Joannis Bapt.** dx. LL. 1. N. scr. Reliqua. ut in Festo ac l. pr. com. SS. Ap. Petri et Pauli. (Pro com. in Laud. Ant. »Gloriosi Principes«. Vers. »In omnem terram«).

In Missa Gl. 2 or. Oct. SS. Ap. Cr. Praef. Ap. Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Dom. Ant. »Cognoverunt omnes«. Hymni term. »Jesu... qui natus es«.

A. 2. †† **Domin.** 3. pt. **Pent.** **Visitatio B. M. V.** Dx. 2. Cl. Off. pr. 9. L. et 1. com. Dom. 2. SS. Processi et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. in priv. Missis tt. SS. Mm. Cr. Praef. »Et Te in Visitatione«. Ult. Evg. Dom.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Dom.

- R. 3. Fer. 2. **Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Chr.** Dx.
 2. Cl. Off. pr. In Resp. br. »Qui Tuo nos San-
 guine redemisti.«
 In Missa Gl. Cr. Praef. de Cruce.
 In 2. Vesp. com. seq. tt.

- A. 4. Fer. 3. **S. Josephi Calas.** C. dx. (dies e 27. Aug.)
 v. h. m. LL. 1. N. scr. com. Oct. ut 1. hj.
 In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Ap.
 Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Oct. (Ant.
 »Petrus Ap.« Vers. »Constitues.«).

- A. 5. Fer. 4. **S. Antonii Mariae Zacc.** C. dx. Off. no-
 num. LL. 1. N. scr. com. Oct.
 In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. Ap.
 Vesp. de seq. e 1. Vesp. com. praec.

- R. 6. Fer. 5. **Octava SS. Ap. Petri et Pauli.** dx. LL. 1.
 N. scr.
 In Missa Gl. Cr. Praef. Ap.
 In 2. Vesp. com. seq.

- A. 7. Fer. 6. **SS. Cyrilli et Methodii E. C. P. R. P.** LL.
 1. N. scr.
 In Missa Gl. Praef. com.
 In 2. Vesp. com. seq.

- A. 8. Sab. **S. Elisabeth Reg. Vid.** sdx. Off. pr. Suffr.
 Preces Dom.
 In Missa Gl. 2. or. »A cunctis.« 3. ad lib. Praef.
 com.
 Vesp. de seq. v. h. m. com. Dom. tt. Ant. »Prae-
 valuit David.«)

- A. 9. †† **Dom. 4. pt. Pentec. B. Joannis de Du-**
kla C. P. R. P. Dx. 1. Cl. cum Oct. LL. 1. N.
 »Beatus vir.« 9. L. et. com. Dom.

In Missa »Justus, ut palma,« Gl. 2. or. Dom. Cr.
Praef. Trinit. Ult. Evg. Dom.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Dom.

R. 10. Fer. 2. **SS. Septem Fratrum et Soc. Mm.** sdx.
LL. 1. N. scr. com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. »Concede nos famulos.«
Cr. Praef. com.

Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Oct. 3. S. Pii P. M.

R. 11. Fer. 3. **S. Barnabae Ap.** dxmj. (fuit Junii 11.)
Off. pr. 9. L. et 2. com. S. Pii. P. M. 1. com.
Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. S. Pii. Cr. Praef. Ap.
(In Can. cap. incl.)

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Oct. 3. SS. Naboris et
Soc. Mm.

A. 12. Fer. 4. **S. Joannis Gualb. Ab.** dx, LL. 1. N. scr.
1. com. Oct. (Ant. e 2. Vesp. Vers. e 1. Vesp.)
2. SS. Naboris et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. SS. Mm. Cr. Praef. com.
Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Oct. (Ant.
Laud. Vers. e 1. Vesp.).

R. 13. Fer. 5. **S. Margaritae V. M. P. R. P.** dx. LL. 1.
N. scr. com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. com.

Vesp. a Cap. de seq. (Ant. »O Doctor«.) 1. com.
praec. 2. Oct.

A. 14. Fer. 6. **S. Bonaventurae E. C. E. D.** dx. LL. 1.
N. »Sapientiam«. com. Oct. (Vers. e 1. Vesp.).

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. com.

Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Oct. (Vers. e 1.
Vesp.) 3. S. David Ab. P. R. S. (Vers. »Os justi«).

- A. 15. Sab. **Divisio SS. Apost.** dxmj. Pr. R. P. Off. pr.
 9. L. et com. 2. S. David (Ant. et Vers. e 1. Vesp.)
 1. com. Oct.
 In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. S. David. Cr. Praef. Ap.
 In 2. Vesp. 1. com. Oct. e 1. Vesp. 2. Dom. 3. SS.
 Andreae et Soc. Mm. Pr. R. P.
-

- A. 16. †† **Dom. 5. pt. Pent. Oct. B. Joannis de Dukla.** dx. LL. 1. N. »Inc. lib. 2. Regum.« 9. L.
 et 1. com. Dom. 2. SS. Andreae et Soc. Mm.
 In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. SS. Mm. Cr. Praef.
 Trinit. Ult. Evg. Dom.
 In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Dom.
-

- A. 17. Fer. 2. **S. Alexii C.** sdx. LL. 1. N. scr. Suffr.
 Preces Dom.
 In Missa Gl. 2. or. »A cunctis«. 3. ad lib. Praef.
 com.
 Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. SS. Symphorosae
 et Soc. Mm.
-

- A. 18. Fer. 3. **S. Simonis de Lipnica C. P. R. P.** dx.
 LL. 1. N. scr. 9. L. et com. SS. Symphorosae et
 Soc. Mm.
 In Missa »Justus, ut palma« Gl. 2. or. SS. Mm.
 Praef. com.
 Vesp. a Cap. de seq. (v. h. m.) com. praec.
-

- A. 19. Fer. 4. **S. Vincentii a Paulo C.** dx. LL. 1. N.
 scr.
 In Missa Gl. Praef. com.
 Vesp. a Cap. de seq. com. praec.
-

- A. 20. Fer. 5. **B. Cestai C. P. R. P.** dx. LL. 1. N. scr.
 In Missa Gl. Praef. com.

Vesp. a Cap. de seq. (v. h. m.) 1. com. praec. 2. S. Praxedis V.

- A. 21. Fer. 6. **S. Camilli de Lellis C.** (fuit 18. hij.) dx.
LL. 1. N. scr. 9. L. et com. S. Praxedis.
In Missa Gl. 2. or. S. Praxedis. Praef. com.
Vesp. a Cap. de seq. com. praec.

- A. 22. Sab. **S. Mariae Magd. Poenit.** dx. Off. pr.
In Missa Gl. Cr. Praef. com.
Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Dom. Ant.
»Obsecro, Domine.« 3. S. Liborii E. C.

- R. 23. †† **Dom. 6. pt. Pent. S. Apollinaris E. M.**
dx. LL. 1. N. scr. 9. L. et 1. com. Dom. 2. S. Liborii.
In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. S. Liborii. Cr. Praef.
Trinit. Ult. Evg. Dom.
Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. Dom. 3. S. Christinae V. M. (v. h. m.).

- A. 24. Fer. 2. Vig. sine jej. **S. Hieronymi Aemil. C.**
dx. (fuit 20. hij.) LL. 1. N. scr. 9. L. et 1. com.
Vig. 2. S. Christinae.
In Missa Gl. 2. or. Vigil. 3. S. Christinae. Praef.
com. Ult. Evg. Vigil. — In Can. Missae ad nom.
S. Jac. hodie et cras cap. inclin.—In Eccl. Cathdr.
duae Missae. Post Tertiam de festo Gl. 2. or. S.
Christinae tt. Post Nonam in colore viol. de Vig:
absq. Gl. et sine Cr. 2. or. »Concede« B. M. V.
3. »Ecclesiae.« In utrq. Missa Praef. com. et Ult.
Evg. S. Joannis.
Vesp. de seq. com. praec.

- R. 25. † Fer. 3. **S. Jacobi Ap.** Dx. 2. Cl. Off. pr.
com. S. Christophori M.

In Missa Gl. 2. or. (in priv. Missis tt.) S. Christo-
phori. Cr. Praef. Ap.

In 2. Vesp. com. seq.

A. 26. † Fer. 4. **S. Annae Matris B. M. V.** Dx. 2.
Cl. Off. pr.

In Missa Gl. Praef. com.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. S. Pantaleonis. (Ant.
Vers. e Laud.).

R. 27. Fer. 5. **S. Anacleti P. M.** sdx. (fuit 13. hij.) LL.
1. N. scr. 9. L. et com. S. Pantaleonis. (Ant. Vers.
e 1. Vesp.) Suffr. Preces Dom.

In Missa Gl. 2. or. S. Pantaleonis. 3. »A cunctis.«
Praef. com.

Vesp. de seq. com. praec.

R. 28. Fer. 6. **S. Botvidi M. P. R. S.** dx. LL. 1. N. scr.
In Missa Gl. Praef. com.

Vesp. a Cap. de seq. 1. com. praec. 2. SS. Felicis
et Soc. Mm.

R. 29. Sab. **S. Olavi Regis M. P. R. S.** dx. LL. 1. N.
scr. com. SS. Felicis et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. SS. Mm. Praef. com.

Vesp. de seq. com. Dom. tt. Ant. »Sapientia aedi-
ficavit.«

A. 30. †† **Dom. 7. pt. Pentec. et 1. Aug. B. Cune-
gundis V. P. R. P.** Dx. 1. Cl. cum Oct. LL. 1.
N. »De Virginibus« 9. L. et com. Dom.

In Miss. Gl. 2. or. Dom. Cr. Praef. Trinit. Ult. Evg.
Dom.

In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Dom.

- R. 31. Fer. 2. **S. Helenae Vid. Mart. P. R. P.** dx. LL.
 1. N. »Incip. Parabolae Salom.« ex heri. com. Oct.
 (V. e 1. Vesp.).
 In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. com.
 Vesp. de seq. 1. com. S. Pauli Ap. 2. praec. 3. Oct.
 (Vers. e 1. Vesp.) 4. SS. Machab. Mm.
-

A u g u s t u s

XXXI DIERUM.

- A. 1. Fer. 3. **S. Petri Ap. ad Vincula.** dxmj. Off. pr. 9.
 L. SS. Machab. 1. com. S. Pauli. 2. Oct. 3. SS.
 Mart.
 In Missa Gl. 2. or. S. Pauli. 3. Oct. 4. SS. Mm. Cr.
 Praef. Ap. (In Canone Missae ad nom. SS. Pe-
 tri et Pauli cap. incl.).
 In 2. Vesp. 1. com. S. Pauli, 2. seq. (Ant. in utr.
 Vesp. »O Doctor«). 3. Oct. 4. S. Stephani P. M.
-
- A. 2. Fer. 4. **S. Alphonsi de Liguor. E. C. E. D.** dx.
 LL. 1. N. »Sapientiam«. 9. L. et 2. com. S. Ste-
 phani 1. com. Oct.
 In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. S. Stephani. Cr. Praef.
 com.
 In 2. Vesp. 1. com. seq. 2. Oct.
-
- R. 3. Fer. 5. **Inventio S. Stephani Protom.** sdx. Off. pr.
 com, Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. 3. »Concede« B. M. V. Cr.
Praef. com. (In Canone Missae ad nom. S. Stephani cap. incl.).

Vesp. de seq. (v. h. m.) 1. com. praec. 2. Oct.

A. 4. Fer. 6. **S. Dominici C.** dxmj. LL. 1. N. »Beatus vir.« com. Oct.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. com.

Vesp. de seq. 1. com. praec. 2. Oct.—Hymni Compl. et cras Horar. term. »Jesu Tibi... qui natus es«.

A. 5. Sab. **Dedicatio B. M. V. ad Nives.** dxmj. Off. pr. In Resp. br. »Qui natus es«.

In Missa Gl. 2. or. Oct. Cr. Praef. »Et Te in Festivitate«.

In 2. Vesp. 1. com. seq. e 1. Vesp. Festi. 2. Dom. (Ant. »Ego in altissimis«) 3. SS. Xysti et Soc. Mm.

A. 6. †† **Dom. 8. pt. Pentec. et 2. Aug. Oct. B. Cunegundis V.** dx. LL. 1. N. »Incipit lib. Ecclesiast.« reliqua pr. 9. L. et 1. com. Dom. 2. SS. Xysti et Soc. Mm.

In Missa Gl. 2. or. Dom. 3. SS. Mm. Cr. Praef. Trinit. Ult. Evg. Dom. (In Canone ad nom. S. Xysti cap. incl.).

Vesp. a Cap. de seq. (Ant. pr.) 1. com. praec. 2. Dom. 3. S. Donati E. M.

